priorum morū inherentes : cū tanto maiora conscientie
crimina quanto diucius animā infelicē detinent alligatā
Et potius diterit vestigiis sacrorū canonū inherentes :
cum in criminibus prescriptio non habeat locū Nam dicit
deus per moysen exodi xxiij° Non sequaris turbā ad
faciendū malū : nec in iudicio plurimorū acquiescas / Sub
pacto aut conditione accipere sed etiam in spe reci
piendi ac voluntate plena tali modo aliquē recipere
ad religionē secundū doctorū sententiā dampnabile
est quo ad diuinū iudiciū : licet taliter recipientes ali
quem censuris ecclesie non detineantur ob noxij sicut patet
c. ultimo de symonia Et licet symon ille caput et prin
ceps huius vicij demonibus eū in aere ad tempus por
tantibus . ad iussū petri eum deserentibus . precipicio
interierit : multos tamen reliquit sue nequicie suc
cessores : qui rupto eius ventre et crepente abeū
pdierit Quam exitialem mortem omnes eius imi
tatores habebunt formidare : et si non in corpore tamen
in anima Pudeant ergo sibi quatenus de reme
dio penitencie optimo : quia deus non irridetur
Simulato velamen excusacionis solent multi obte
gere vicium proprietatis Primi dicunt ; Ad professionem
tacitam seu expressam non obligaui me : nisi secundū
formam velle viuere quam reperi in religione et religio
sis cum quibus de incepto viuere institui Et quia
isti sic viuunt de percepcione redditiuum aut de censibus
conpositis aut datis a parentibus aut conpactis seu missis
celebratis . aut aliās unde cumque obuenientibus :
igitur a me non debet nec potest amplius requiri
quam promisi : de quo et protestatus sum publice

Quo se excusant proprietarij quidem primi

Primi